



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Neun-Tägige Andacht Zu dem Heiligen Stanislaos Koska Auß der Gesellschaft Jesu

Smackers, Theodor

Cöllen, 1727

Clemens Augustus Dei gratiâ Archiepiscopus Coloniensis, S. R. I. per  
Italiam Archi-Cancellarius & Princeps Elector, Legatus natus S. Sedis  
Apostolicæ, Episcopus Hildesiensis, Paderbornensis, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54843)



CLEMENS AUGUSTUS  
Dei gratiâ Archiepiscopus Colonien-  
sis, S. R. I. per Italiam Archi-Cancellarius  
& Princeps Elector, Legatus natus S. Sedis  
Apostolicæ, Episcopus Hildesiensis, Pader-  
bornensis, & Monasteriensis, utriusque Ba-  
variæ, Superioris Palatinatûs, Westphaliæ,  
& Angariæ Dux, Comes Palatinus Rheni,  
Landgravius Leuchtenbergensis, Burggra-  
vius Stronmbergensis, Comes Pymonta-  
nus, Dominus in Borckelohe & Werth,  
&c. &c.

Præsentem Libellum, cui Titulus ;  
*Neun-Tägige Andacht zu dem Heil.*  
STANISLAO KOSKA auß der Gesell-  
schafft *IESU* / à Censoribus di-  
gnissimum, qui publicam lucem aspiceret,  
judicatum, Archiepiscopali Authoritate  
Nostrâ non modò firmamus ; sed & Ar-  
chi- & Diœcesibus Nostris impensè com-  
mendatum volumus : utpote, qui non  
tantum vitam, gesta, & miracula Sancti  
brevis Compendio exactè complectitur ;  
sed pariter ejusdem excellentissimas Vir-  
tutes methodo asceticâ ità proponit ; ut  
non solum pio Lectori admirandæ ; verum  
etiam





etiam, aspirante Deo, facile imitandæ veniant. Insuper sub pagellis hîc ejusmodi sacratoris disciplinæ doctrina latet; quæ non soli Novendio; sed vitæ totius curriculo pro Christianæ perfectionis norma, regulâque, maximo animarum commodo, servire valeat. Eapropter iterum iterumque hanc Divo Stanislao gloriosam; Lectoribus verò perutilem sanctitatis Epitomen, subditis nostris vehementer commendamus: eumque in finem maturato eandem prælo subjici gratiosissimè demandamus. Datum Bonnæ in Residentia Nostrâ Electorali die Vigésimâ primâ Februarij 1727.

CLEMENS AUGUSTUS,  
Archi-Episcopus, & Ele-  
ctor, mp.